

**Dissertationem inauguralem de intestinorum angustia ex obfirmato eorum habitus vitio / ... August. Frider. Walther ... et ... Henric. Gottlob Krisch ... defendent.**

### **Contributors**

Krisch, Heinrich Gottlob.  
Walther, Augustin Friedrich, 1688-1746.  
Universität Leipzig (1409-1953)

### **Publication/Creation**

Lipsiae : Literis Jo. Christiani Langenhemii, [1731]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/a6masrvs>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
DE  
INTESTINORVM ANGVSTIA  
EX

OBFIRMATO EORVM  
HABITVS VITIO  
CONSENSV  
INCLVTI MEDICORVM ORDINIS LIPSIENSIS

*A. MDCCXXXI. D. XXVI. IANVAR.*

H. L. Q. C.

PRAESES  
D. AVGVST. FRIDER. WALTHER  
ARCHIATER REGIVS ET PROF. PVBL.

ET

PRO DOCTORIS GRADV  
RITE OBTINENDO  
RESPONDENS  
HENRIC. GOTTLOB KRISCH  
VRATISLAVIENSIS  
MEDICINAE BACCALAVREVS  
PVBLICE DEFENDENT.

---

LIPSI AE

LITERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMIL.



DISSERTATIONEM IN ACADEMIA

DE

TESTINORVM ANGUSTA

EX

OBFI RMATO FORVM

HABITVS VITIO

COMMISSVS

IVT MEDICORVM ORDINES TESTIBVS

A MEDICIS A TESTIBVS

PRÆFATIO

AVGVST. FRIDER. WALTHER

ARCHIATVS REGIVS ET PRÆF. IVRIS

PRO DOCTORIS GRADVS

IN THEOLOGIA

RECTORIS

FRID. GOTTL. KRISCH

TRIVIALIS

MEDICINAE BACCALAVRVS

PRÆF. BEF. DE

LIBRARIUS

LIBRIS TO CHRISTIANI LANGSTADT





DE  
INTESTINORVM 'ANGVSTIA  
EX OBFIRMATO EORVM HABITVS  
VITIO.

---

§. I.

**Q**Vanquam morbis omnibus consi-  
lia adhibere salutaria, et medici-  
nam, decet: tamen, in magno eo-  
rum numero, obfirmati saepe sunt  
plures, neque medicabiles, qui,  
tum maxime, ingrauescunt, cum  
imperiti eos, quocunque reme-  
diorum adparatu persanare stu-  
dent. Nascitur saepenumero, et sine alio, atque eui-  
denti vitio, particularis permanet intestinorum an-  
gustia; et ea, modo leuiores, modo grauiores, in ho-  
minibus excitare sensus solet. Id tenax vitium,  
alii iam a natiuitate sunt adepti, alii, ex vitae genere si-  
bi contraxerunt; nonnullis morbi, ac singillatim spasmī,  
id ipsum reliquerunt, et, ad omne cognoscendum, ma-

*Instituti ratio  
exponitur.*



ior vis ingenii, quam ad curandum, animi impetus et debet. Quare obfirmata, nec raro admodum obuia, intestinorum humanorum, insuetaque angustia, varias vita molestias adfert, deinde morbos asperat; sed medicos saepissime fallit; et, vbi neglecta fuerit, aliquando vitae interitum minatur. Igitur, neque recens, aut, cuncto, quod sanari possit, proponimus malum, neque de summa, siue singulorum, siue omnium intestinorum angustia, presse facimus verba; nedum, vt percenseamus cuncta, quaecunque demum intestina comprimunt, aliter, quae eadem obstruunt, et oppilare solent; qui prope studio breuitatis permoti, etiam illa neglecturi sumus, quae, minori interuallo temporis, ac vehementius quidem, irritare intestina, et conuellere, simul vero constringere plurimum, consueuerunt. Verum, nos ita amplissimum argumentum, et, quod multiplicem intestinorum ceteroquin complectere angustiam solet, his nihil minus comprehensam paginis, restrictamque valde circumscripimus; tantum, de particulari quacunque, sed inueterata intestinorum dicturi angustia, quantum vitiosus illi habitus noceat; simul, de officio aegrorum, medicorumque, quid istos patienter ferre, hos vero, quid aptis liberare deceat consiliis, libere, ingenueque exposituri.

## §. II.

*Encheiresis  
quae natura-  
les intestino-  
rum condicio-  
nes optime docet*

Neque vero lenire malum arte, aut aptis consiliis hac etiam temperare tractatione, et, quocunque studio nostro, poterimus, nisi, de habitu, et intestinorum texture, ante, ac, quales natura fecerit canales, luculenter describimus. Quam, neque veteres recte cognouissent, neque recentiores plerosque anatomicos, accurate fati perspexisse, haud temere monemus; quorum quidem observationibus anteferri encheiresis meretur, quae ce-



bulosum illum, pulcherrimumque intestinorum contextum  
commonstrat, qualem Doctissimus HELVETIVS  
Hist. Acad. Reg. Paris. A. 1721. primus commemoravit,  
et postea Cl. CHRIST. BERNH. ALBINVS in  
*descriptione noua tenuium intestinorum* dilucidius pro-  
posuit, et egregie illustravit. Ex his igitur, alter, inuer-  
sum intestinum aqua maceravit, incisioneque apta, illum  
contextum, sicuti obducere intestinum is solet, cognouit;  
alter vero, aere, inuersum intestinum, ita experimento di-  
stendit, ut aer ipse, per arteriarum, venarumque ingressus,  
quos sibi in tunica externa, ac reliquis, eae parant, sensim, in  
cellulosum, et maiorem nostrum, sub papillari tunica con-  
textum penetraret, eundemque perfecte explicaret; quo  
tandem, distentus ipse contextus, in siccato postmodum  
intestino, quippe, tum insigni facto ambitu suo, luculen-  
tissime discerneretur. Nobis, encheiresin, qua etiam sa-  
tis opportune, inter huius generis experimenta, utimur,  
iam in medium proferre integrum erit. Itaque, bacu-  
us ferreus induatur, ex parte, portione praecisa intestini  
recentis, et inuersa; cuius deinde vnum accurate delige-  
tur extremum: alterum vero, quam primum, aëre, per  
tubulum illato, intestinum satis intumuerit, filo constrin-  
gatur. Quo facto, iuxta alterutrum, tumidi intestini, ex-  
remum, villosa inciditur tunica, tantumue a subiectis, ve-  
uti stratis tunicarum, lanceola caute haec separatur, ut  
donec sit sinus, qui tubuli mediocris extremitatem com-  
mode capiat. Tum vero, ipse tubulus, incisionis loco  
duplicatur, et, digitorum opera, ad orificium, in sinu  
firmandum, accedente, quam fieri potest, eius orificium  
gitur; tandemque oris adhibito, pectorisque conatu, aer  
infertur, donec expectatus ille, ac nouus intestini ambi-  
us, seu, maior cellulosus, pulcherrimusque contextus, in-



signi sub tumoris specie, et vndiquaque, in longa portione intestini, apparuerit. Quo ita viso, denique, trans finem, quo tubulus haeret, ac subito, fit noua obligatio, et ita siccatur intestinum. Si musculosam quoque tunicam, in experimento, minus caute incideris, tum externa, et, quae communis est, intestini tunica, separabitur tota nec cellulosum contextum rite distendes. Illustramus obseruationem Cl. ALBINI, et addimus: talem, ac valde insignem contextum, simili quidem encheiresi, in stomacho, et gula reteggi; quasi vero ab faucibus ipse descenderet, et, ab tunica cellulosa, ad canalem alimentorum omnem, is pergeret; quam tunicam, in ore, et, sub lingua inter alia demonstrauius *Tract. de Lingua hum. nou. duct. sublingual. irrigua.*

### §. III.

*Villosae tunicae seu papillaris Heluetii in Experimento tumor et eius descriptio.*

Ab interna igitur tunica, sicut experimentum suadere videtur, ordiri tractationem, deinde vero, ad doctrinam de reliquis pergere expedit; sed, inter plures, similesque, in hoc genere, quas fecimus, obseruationes, eam modo seligere, et explanare verbis, commodum videtur qua, inter alia, intestinorum, cadaueris, duorum annorum infantis, habitum, et, postquam omnes, ac, vel minima intestinorum arteriae, cera impletae erant, tractauius et diligenti studio scrutati sumus. Pauca sunt, sed, nequedeinceps omittenda erunt, quae tenue intestinum, ab crasso discernunt; nihilo minus, primum exquirere istud, deinde ad hoc, tractatione progredi, perutile erit. Itaque maxime, in tenui intestino praeparato, quae vulgo dicitur, villosa tunica visitur; scilicet, copiosioribus, quasi villis, sed obtusis, erectis, et, potius papillarum instar, eminentibus, referta. Quos flaccidos ceteroquin villos, aut Heluetii papillas, aliter artifices, cum aqua macerant

into



intestinum, demonstrare solent. Omnes, in experimento nostro, cera extulit, et ipsos vndiquaque peruios esse, ac spongiosos, sic declaratur; quandoquidem iniectionum exercitio, siue, per venae intestinorum, siue, per arteriae insigniorem truncum, illata cera fuerit, utroque modo, per poros papillarum, licet, in utroque genere, crassitie non nihil diuersarum, in cauum intestini, illa stillare solet. Quanquam vero innumerabiles hae papillae sunt, et, sine ordine, in ambitu intestini, quod tractamus, disponuntur, ac satis eminent: tamen, quodammodo rarius, in multis ilei locis, feruntur, quam quidem, in omni duodeno, atque ieiuno, tales habentur frequentes; sed valuularum locis, paullo densiori agmine eae pariter congeruntur. Quas papillas, proinde, vasa esse intestinorum, quae vaginulas, ab intima accipiunt tunica, sic congruenter Cl. ALBINVS dicit; sed omnes, vel sorbere intestinorum succos, vel vaporem fundere, qui humectet intestinum, sic facile intelligitur. Cui opinioni, haud parum fauere solet, quod, nonnisi minima sanguifera vasa, et, quae sensum mox fugiunt, in hac tunica diffunduntur; et, quod papillas, quae e venis prodeunt, neque magis frustra esse eductas, quam quidem illas, quae ad arterias spectant, sic arguere, omnino cuius liceat. Probabile etiam nobis videtur esse, quod papillae ex arteriis natae, otioso intestino, admittant humorem vberius; contra autem, laborante eodem, et digerente cibos, potius, tum succum, illae, venarum papillae, hauriant, largiterque imbibant. Tantus coniecturae, sed fortassis, etiam vasorum illorum, cum lacteis supponendae communionis, est locus; etiam si, in rebus, quae sensum fugiunt, nonnisi argumentis, ab effectu, et officiorum analogia desumtis, talia defendi, ac propugnari queant. Verum, praeter ea, quae de papillari tunica modo diximus, etiam satis den-



densam esse eandem, ut aërem continere valeat, id praefens experimentum abunde docet. Obseruari nunc porro meretur, quemadmodum, in nostra encheiresi, tumorem illa tunica agi, ac leuari soleat. Nam, spatia experimento spiralia, zonasque, aër, qui infertur, communiter, in habitu intestini, peragrarare cernitur; sinuatque is, adstrictarum quodammodo, valuularum interualla leuat, et vestigia legit. Qua quidem ratione, e aër, experimento excipi consuevit; nihilo minus tamen in superficie, aliquando aequalitas maior, aut minor, comprehenditur; prout vniuersim, aut corporum aetas, a valuularum numerus, et tractus diuersus, aut denique in experimento, aëris promissi impetus, variare possunt. Perelegantes saepe, in experimento visuntur, qui in intestino, ita proueniunt, scilicet spirarum, aëre quidem turgidarum, sub tunica papillari ductus. In primis vero, illi mirabiles tractus sunt, qui inter ieiuni valuulas adutorum, experimento tolluntur. Nam ordine magis continuo, illi, inter praeparandum, et secus; quas aliae, in ilei partibus, in conspectum prodeunt, et in fine co patent. Vniuersim autem, spiras, quas modo diximus, in omni intestino, facilius, a priori, ferre ad conueniens, quam, aërem contra ducere cognouimus.

§. V.

*Cellulosus interior intestini contextus ab neruea tunica distinguitur.*

Sequitur, in experimento, aëris per se impatienter quippe laxis, ac mollis, albissimusque visus, ac praeparatus ille intestini cellulosus contextus. Quem satis decorasse nomen videtur; sed, an tunica distincta appellari ipse mereatur, de eo, dubitandi, omnino nobis relinquitur locus. Quanquam enim, ab neruosa, quam vocamus tunica, is, primo adspectu, differre haud censeatur, nomen, porro, inter exquirendum, ita ad papillarem, ex v



arte adhaerescere, et, altera ex parte, in neruea funda-  
 , percipitur. vt, ad vtramque, intermedius contextus,  
 ri pertinere iure intelligatur. Quade re, ab illo tem-  
 ore, sic existimare coepimus, ex quo, simili experimen-  
 , ita forte cedente, nouo, ac longe minori celluloso  
 ontextu, aliam, sed veram, et distinctam, firmiorem-  
 ie nerueam tunicam, ab musculosa, et, ad illum fere  
 odum seiungi vidimus, sicut musculosam, ab externa,  
 membranosa tunica, tertio interveniente huius gene-  
 s celluloso contextu, euidenti distare modo, Celeber.  
 VYSCHIVS dudum demonstraui. Atque id ipsum,  
 et aegre prorsus se demonstrari patiat, tamen effe-  
 mus, et casu potius, quam consilio, in duabus intestini in-  
 ntis partibus, rem praeparavimus, et eam ostendere so-  
 mus: idem nihilo minus, in intestino macerato Cl. HEL-  
 ETIVS quodammodo cognouit. Neque vero, in quo-  
 unque, celluloso intestini contextu, quod vasa sanguife-  
 finiantur, omnium praeparatorum obtutu nostrorum  
 atet: quandoquidem minima, quae sunt, ex propriis inte-  
 ini vasis, constantibus potius tunicis, siue papillari, siue  
 erueae, siue musculosae tunicae, intexta sunt; nec nisi mi-  
 mis, quae maiora sunt, per tales contextus ita tradu-  
 untur. Igitur, inter tres cellulosos contextus, maxi-  
 us omnino est, qui nerueam, a villosa tunica disiungit,  
 unque in adulatorum cadauerum intestinis, trium, qua-  
 orue linearum mensura, tumidum fecimus, saepiusque,  
 duodeno, ieiuno, atque ileo, aequalem, neque mino-  
 m illo, qui in crasso visitur, experti sumus. At, in  
 ennalium cadauerum intestinis, ad lineam, aut sesqui-  
 eam, in experimento, crassities accessit. Quam ob  
 n, nerueam tunicam, ita distinguendam, a celluloso con-  
 tu interno, cupimus; et ita, istam, seorsim scilicet vi-  
 B fam,



lam, nerueae nomine insigniendam esse, lubentes largimur, quod ad sensum exquisitum, qui intestinis concedi debet, prae ceteris tunicis, aptior omnino habeatur ac similitudinem, cum aliis, ita vulgo dictis membranis exhibeat. Quae proinde neruea, primum, et internam rotundiores intestini formam videtur limitasse, et circumscripsisse; sed ipsa, nobiliores valuulas fundat, minimumque de cetero laxatur, quemadmodum de celluloso contextu id iam constat. Verum omnis cellulosa praesertim ille interior, maiorque contextus, mollitia intestini auget, flexumque insigniter, et in viuis iuuat; ipsum perelegans stratum, fere structum esse videtur locoque, magis interno, ambitum intestini cingit, ut papillaris inde, cum laxior tunica haberetur, tum ad euaporandum suo tempore, nunc vero, ad forbendum succo magis idonea esset. Ceterum sanguifera inde vasa, et reliqua, molliter quoque habentur, et ea, quin ab alimentis quae transmitti solent, grauius omnia afficiantur, egregie defenduntur; cum per id solum, veluti amicum, ad papillarem tunicam illa perducuntur.

## §. V.

*Musculosa tunica et alia externa intesti-  
norum declaratur*

Quare laxam, et, quae in valuulas surgit, papillarem tunicam fingere, deinde supponere cellulosam, quam lanuginem, sic omnipotenti creatori placuit; tamen haec ipse postea firmare, neruea tunica voluit; ordoque noster, et usus insignior, denique postulauerunt, ut cunctis stringente magis tunica, mobilique, et carnea, inuestiretur. Quam proinde tunicam, et, quae carneas fibras copiosas admodum tenet, musculosam anatomici vocant; sed, et omnium magnitudinum vasa, quanta quidem in toto intestino intexta visuntur, eadem sibi innexa gerunt; imo vero, propterea sanguine, succoque, prae ceteris



rari, atque, hinc maxime, in viuis vigere eam, sic, vel  
 praeparatis, de quibus ante diximus, concluditur.  
 ius in ea feruntur fibrae, quae in longitudinem fe-  
 t; led magis plenam annularibus ipsam esse depre-  
 ditur; nec vero longitudinalium copia, inprimis in  
 i intestino, licet in eiusdem staturae corporibus, est  
 ualis; sed, modo reteguntur eae, magis sub pollicis  
 udine, atque, in parte, ab mesenterio auersa, sicut  
 ALBINVS ponit, modo autem, in parte, ad  
 enterium propinqua, et secundum CL. HELVE-  
 I mentem, tales adparent, aut denique, magis, et non-  
 quam, in toto ambitu, sed fere aequali modo, sunt sa-  
 conspicuaeque tum experimentis fiunt. Ipse multiplex  
 stinorum flexus, annulares praecipue fibras, licet vix  
 rcuatas, et quidem in siccis visas, quales CL. HEL-  
 TIVS pinxit, requisivisse videtur; quae scilicet mo-  
 peristalticum, maiori conatu praestent, aptissimeque  
 stinum stringant. Iam vero, musculosam tunicam,  
 cellulosa ambit contextus, ac fouet; qui longe mi-  
 interno, et, ad papillarem simul tunicam spectante,  
 o minus maior illo est, quem, nostra ex observatione,  
 ndo reponi loco diximus; scilicet, eum nunc quoque  
 mus, qui tantum a mesenterio, et, cum extima mem-  
 a intestini, ab vtraque parte, eo propagatur. Igitur,  
 ariores, prae interno, cellulas, in experimento RVY-  
 HIANO contextu videndas praebet, ac sensim ipse  
 us partem intestini, quae mesenterio opponitur, ex-  
 ari animaduertitur. Neque vero, de extima mem-  
 a, quid addendum hoc loco habemus; quod ea, ne-  
 peculiaribus fibrarum tractibus, neque vasorum, in-  
 i priorum copia emineat, aut singularem quen-  
 nec nisi vsum peruulgatum satis ferat.



## §. VI.

*De crasso inte-  
stino et eius  
ambitu interuo  
agitur*

Tres ante cellulosos contextus commemorauimus sed totidem quoque tenuis intestini tunicae, praeter externam, fuerunt, quae canalem perinde componunt, ac cauum eius limitasse videntur. Verum, in crasso intestino, praeter quam quod tunicis maius omnino robur quam in tenui natura concessit, numerus tunicarum nihilo minus aequalis, et similis omnium conditio contextuum, et usus est. Tantum interna crassi intestini tunica, in experimento nostro, praeter minima vasa, e quae sensum mox fugiunt, paulo etiam maiora, et, quae luculentius visuntur, sibi intexta gerit. Neque etiam eminentibus papillis, obsessus ille est, internus intestini crassioris ambitus, sicut ille, in tenui canali, iisdem abundare videtur. Nam in isto seruntur, et, quodammodo minus, ac, de papillis, in tenui, diximus, eminent, porosa admodum glandulae; totidemque, attentis scilicet visis oculis, veluti faua, eae repraesentant. Sed tales neque glandulae, sua magnitudine, sunt aequales, neque figurae inter se similes; quin potius cum glandulis comparantur congregatis, quales, in duodeni quoque ambitu, subinde obseruantur, et, ab aliis anatomicis describi solent. Quae internam hanc crassi intestini tunicam, glandulosam, quae papillarem, nedum villosam, et, vel ideo, nos appellauimus; quod, neque papillis copiosis, quales in tenui hominum intestino exigue fluctuare possunt, eade instructa, neque tantam humoris absorbere copiam sed, maiorem quantitatem omni tempore reddere, et ehalare existimetur. Sed, neque toti, de papillis, doctrinae, quam nos modo tradidimus, internus ille ventriculi habitus, et, quod ipse abundet papillis, facile obstare poterit; quandoquidem, vt aperte profiteamur, quod co-  
iect



ecturamus, longe nos plura, quae in viuis fiunt, conciliari  
rectius arbitramur, si, ea in re, veteres nos imitemur,  
et venarum ventriculi villos, inter labores, visceri fami-  
liares, simul sorbere humorem existinemus, quam qui-  
dem contra, hariolamur, si, ob lactea vasa, in eodem vis-  
cere, minus visa, nihil omnino humoris, ab ipso viscere  
recipi venis, et in eo absumi, obstinate, sicut in doctrina  
le intestino tenui, plures egerunt, contendamus. Neque  
sem omnem, auium exemplum, quarum venae sangui-  
ferae, sorbere chylum, in intestinis dicuntur, adeo qui-  
dem incongruenter illustrare poterit; praesertim, cum  
hominibus, et longe pluribus animantibus, ob pastum  
pae diuersum, aliisque de causis, papillari illi, ac ve-  
luti spongioso, viscerum laudatorum contextui, lactea va-  
sa, prae auius, superaddita esse videantur.

§. VII.

Quae de molli, et lubrica, mobilique intestinorum *Intestinorum*  
substantia tradidisse satis erit; nam, quae dicenda su- *nexus explica-*  
erunt, ea, tam luculenter, a pluribus agitata scriptori- *tur*  
us, descriptaque habentur, vt, cuncta praesupposuisse,  
nostri ratio instituti ferat. Verum, intestinorum stabili-  
mentum, atque omnium nexum, prorsus silentio prae-  
terire nolumus, quod argumento perlubentes inhae-  
eamus, et idem, nostram doctrinam, quam modo sub-  
lexuri sumus, haud mediocriter illustraturum esse, me-  
rito confidamus. Primum, toto ab ambitu abdominis,  
intestina continentur, atque volumina quaedam, inferius,  
ea tenent; alia vero peluim spectant, cui eadem, in  
rimis, erecto in corporis positu, tum imminere solent;  
et haec omnia loca, perinde, ac superiora viscera, et  
umbos, ipsumque diaphragma, hoc magis intestina vr-  
ent, et illis omnibus in uiuis obsistunt, quo magis im-



pleri, per interualla, confueuerunt. Proxime vero, intestinorum volumina, quaedam praecipue suspendunt vincula, et, quaedam aliter, et, ad certa loca, adstringere ea videntur; vnde, laxior quoque talia continendi modus, a strictiori, iure suo discernitur, et vtrorumque, tam tenuium, quam crassorum connexus, variare admodum obseruatur. Primum autem, inter tenuia intestina, duodenum est; et id, praeter communia, quae cum dexteriori hepate vincula habet, a parte sinistra, etiam cum pancreate, quippe, quod posteriori, mesocoli plano, innascitur, arctius connectitur; deinde vero, ab eadem origine sui, a dextris, et priori loco, angusta interueniente omenti productione, cum colo intestino, et quidem laxius, coniungitur; postea autem, altiore, et posteriore loco, a mesocoli superiori lamina, quae etiam quandam ventriculi extremamque partem ligat, firmatur, et inde demum, velutimersum esset intestinum, inferius, et iuxta emulgentia vasa, cum mesocolo, cohaerere porro solet. Quo sui descensu, colo intestino, id vicinum esse duodenum visitur; et, paulo inferiori loco, ac ille est, quem modo diximus, id laminam mesocoli inferiorem transire obseruatur; scilicet, vbi vtrumque intestinum, ad adiposum, renis dextri adnectitur saccum. Tum vero, duodenum, inter fines mesocoli adstrictos, et inter laxius mesenterium, quod duodeno, quasi obuiam fertur, et decliue est, a nexu firmiore liberatur, sed sursum, et in arcum porro ducitur, ac suo flexu, adscensuque, sustinendum mesenterio traditur; tandem vero, id superiore, sinisterioreque loco, in ieiunum intestinum transit, et commutatur. Cuius ieiuni intestini, perinde, ac subiecti ilei spirae, multiplicesque omnium tenuium zonae mesenterio, vti constat, porro sustinentur, et, ab arctior

nexu,



exu, qualis in parte duodeni cernebatur, immunes eae  
unt. Neque vero prius, tenue quodcunque intesti-  
um, denuo firmatur, quam vbi, propter sui finem, coe-  
que intestini sedem, quasi luxuriantibus, validis, com-  
munibusque, ac membranosis vinculis, dexterioreque  
co, id deuincitur. Nam, vt recte figatur, amplior in-  
estini coeci saccus, primum, ab ileo osse, vinculum, aut  
ectius, ab peritoneo, quod iliacum tegit musculus, de-  
de vero, alterum, ab osse sacro, conuenire ligamentum  
ebet, et vtrumque, cum incipiente hoc loco, mesocolo  
ngitur; sed, ab eiusdem mesocoli inferiore lamina, quae-  
am eius productio, iam excurrere quoque videtur quae  
pendicem coeci vermiformem, iuxta longitudinem  
onnectit, et vasa ad ipsam desert. Quo sapienti confi-  
o, quod inter crassa primum, et capacissimum est, in-  
stinum, id admodum fundatur, et idem, postquam in  
olon commutatum est, cum dextri renis sacco adipo-  
, et notabili quidem tractu, cohaeret. Auget enim,  
c loco, coli stabilimentum, vtriusque, et mesocoli, et  
cci laudati, valens coniunctio. Sed, postquam colon  
testinum, ex vna parte, mesocolo, quod iam ex reflecten-  
veluti mesenterio nascitur, et ei, vt sustineretur, tradi-  
m fuit, et, cum lateris dextri membranis, renemque ob-  
centibus, coaluit, tum id intestinum, porro, ac su-  
riori loco, cum folliculi fellis priori parte, deinde, cum  
odeno, communibus scilicet membranis, ac de omen-  
participantibus, iisdemque interuenientibus, cum  
machi quoque dexteriori extremitate committi-  
. Nam, inde colon nostrum, humiliori, obscuriore-  
e ex loco, procedere, et angulum, paulo maiorem,  
to, vt suo tractu formet, hinc sinistrosus dirigi, ac tan-  
n, tanquam liberior zona, quam amplius excur-  
rens



rens mesocolon tenet, sub stomacho, et transuersum  
nec sine obliquitatis nota, produci visitur. Ita colon, ve-  
sus sinistrum hypochondrium, et inferiorem versus spli-  
nis partem, accliu quodammodo via, cum perrexit, tu-  
ope omenti, iam, vasis sanguiferis accedentibus, tumi-  
et aucti, ad illud viscus adligatur. Vnde, denuo id cra-  
sum intestinum descendere, et, cum sinisterioris quoque  
renis sacco adiposo, validissime iungi, et cohaerere an-  
aduertitur: mox uero, flexuosam prosequitur viam, et  
que minus, ab sacci istius, quam, ab ilei ossis regione, per-  
ribus scilicet aduenientibus membranarum, sed, contin-  
etiam, ac priori loco, ab mesocolo, quippe eo simul co-  
lato, firmatur, vt, quae sic confluunt, vincula, idem, v-  
in vltimo suo, versus os sacrum, flexu, pariter tenere  
fitu, ac nonnihil figere videantur. Nam, iuxta os sa-  
crum, etiam cum intestino recto, quaedam mesocoli pro-  
ductio demittitur, et, vt stabile quodammodo, hoc loco  
rectum esset, eadem continuatur, donec, recti intesti-  
fines, longe alio, et tendinoso magis vinculo, ad coc-  
gis os adstringantur, desinatque mesocoli omnis pro-  
ductio, in ani sphinctere, quem vterque leuator regit,  
musculus, et firmat. Quod ita primum vbi accidit, tu-  
rectum arctari intestinum incipit; et idem, interno in-  
ambitu, veluti columnas, ad ani oras, et sinus, valui-  
que varias struit, et condit; quaecumque praestantissim-  
ille anatomicus MORGAGNVS Adu. III. n. 6. ac-  
rate descripsit.

## §. VIII.

*Mesenterium  
seorsim perue-  
nitur*

At mesenterium, quod, ob vasorum melioris notae  
quae inter duplicem membranam continet, perinde  
pinguedinis, glandularumque, insignem copiam, et  
liqua, elegans certe, ac nobile ligamentum est, nota-



inque crassitiem, et robur habet: primum vero, et vtrinque, quo loco peritoneum, ab lumborum superioribus vertebriis, ac longis diaphragmatis diuertit finibus, id iri videtur. Nam inde peritoneum, cum surgit, ac flectitur, tum ad crassam, robustamque accedit tuni-  
m, quae non solum aortam obducit, sed etiam arteriae  
eliacae, et meseraicae superioris, ambitum cingit; vt,  
inde, mesenterium robur suum, primumque funda-  
entum accepisse constet. Nam, de validiore illo aor-  
e inuolucro, quod et in thorace visitur, primum  
eliacae, licet diuertentis, ac mesocolo innexae,  
rticipare truncus solet; sed maxime, illa obductione  
ntecta, munitaque, meseraica defertur arteria, et, quod  
odo laudamus, tegmen, eius ramos arteriae magnos,  
copiosos, totidem productionibus suis, in mesenterii  
stantia cingit, et, cum arteriis ipsis, ita roborasse id  
testinorum vinculum videtur. Vnde, in primis mesen-  
rium, ab sibi innexis, scilicet arteriis, magis robustum;  
ab aliis, quae sibi porro intexta sunt, magis crassum esse  
tum putatur. Hinc ad omne intestinum tenue, par-  
duodeni superioris tantum excepta, id excurrit, mi-  
bilibique modo, intestini ad spiras, et volumina, adpli-  
tur: verum, ita plicatum saepius, atque conuersum,  
ndem, fere a latere dextro, in mesocolon, id desinere  
prehenditur. Post mesenterium, veluti centrale te-  
ium intestinorum, et prorsus inaequale vinculum,  
nc quoque considerandum mesocolon est. Quod ad  
us vtrumque adstringitur, in parte vero media, quae  
per intestina tenuia eminet, planum, et aequabile est;  
, tanquam pars orbis mobilioris, et cedentis, simul  
plissimum superioris coli habetur ligamentum. Pro-  
de idem, ab origine, et, postquam vasa sanguifera, ex  
C pro-



propriis etiam fontibus, sibi acquisiuit, iam, quodammodo aliter, illa vasa, quam mesenterium, scilicet, in zona modum, ac ita porro digerit, sicut crassi ad intestinum omnem flexum, ductumque, id vinculum, egregie accommodatur. De utroque autem vinculo, ac de vasorum anastomosibus, quasi insulis arteriarum, venarumque, et reliquis, quae quidem porro dicenda supersunt ea, breuitatis studiosi, nunc de industria praetermittimus. Sapienti nihilo minus consilio, et, secundum naturae ordinem, liberior quidem, facta coli zona, ita producit, similique ex instituto factum esse, arbitramur, ut latere utroque, fixum, longeque magis adstrictum, lumbis, et, prae media sui parte, angustiusque, ibi colon esset, imo vero, ut, in sinisteriori abdominis lateris longior eius intestini pars, quam a dextris haerere quo placida, et alterna diaphragmatis actio, urgere licius, et discutere excrementa possit, quae quidem motu iuuante peristaltico, eo peruenerunt. Atque, in huius quoque intestinorum tractu, duodenum, atque iunum, ileo fere maius, prouida natura fecit, ut, intumerent magis, et premerentur, motumque contentorum exquisitè iuarent. Quas inaequalitates, qui columbes viuunt, ob perennem vitae consuetudinem, neque sentiunt exquisitè, neque discernunt; sicuti nihilo minus aliae, et, quae minus opportune, ac, praeter naturae ordinem fiunt, tristes arcessere sensus solent.

## §. IX.

*Transitio ad  
obfirmatam  
intestinorum  
angustiam ex-  
pendant*

Impatientes saepe, siue leuiorum, siue grauiorum et insanabilium, aliquando morborum, aegri sunt, superioremque humanis viribus opem, illi ferendam, a medicis poscunt; et, nisi omnia nos fallunt, desiderandi occasionem, inter alia, medicae artis, quae vulgo tradita ha-

ha



aud limitata definitio praebere videtur, qua, eius beneficio artis, integram valetudinem conseruari, et labetata instaurari, vulgo perhibent. Quod opere exsequi, cuti voluntate metiri, cum non semper liceat, tum, vsum, quem omnis ferre medicina poterit, nos eandem cere malleus, quorumcunque scientiam esse consilio- um, ad auertendos, aut leuandos, sanandosque mor- os perutilem. Quae ita, neque a nobis esse, in ar- s opprobrium, dicta, volumus; sed, eadem nos po- is commouerunt, vt ingenue, et ex instituto, de mor- o, quoad ipse communiter insanabilis esse solet, nunc geremus; ad quem, nihilo minus opere, consiliisque, uandum, non minor, saepe, quam, ad omnes medica- les morbos, grauissimosque curandos, prudentia re- iritur, et exercitatio. Sunt igitur in permanente in- stinorum, licet, aliquando tolerabilii, habitus eorum angustia, a nobis expendendae, varietates complures, u gradus, et signa, et causae: deinde, pro leuamine aiori, minorique acquirendo, varia spes inde supere- ; tandem vero, in seligendis, tam alimentis, quam edicamentis, et, vt plura mala sedulo arceamus, ae- rumque pro viribus iuuenus, in his prudens con- iorum adhibendum moderamen erit.

§. X.

Atque huic quidem vitio, in omni aetate, praeci- *Differentiae*  
ue vero, in constante, et senili, obnoxios esse homines; *mali indagantur*  
hilo minus infantes, licet rarius, eodem nasci affectos,  
ipsum vsum anatomes nos docuit. Proinde contra-  
siue tenue, siue crassum intestinum solet; et, quae  
pars laeditur, ea nunc altiore, nunc vero magis  
profunda, et alia parte quacunque abdominis, locum ha-  
t. Etiam, haec particularis intestini habitus angustia,



vel simplex est, et, quae neque vitiatum, aliter ab sano distinguit intestinum, vel contra, partis affectae inflammationem, aut, insigniorem quandam duritiem, aut connexionem prauam, aut, alia denique, habet coniuncta adeo comitatur illa aliquando, aut plures, variosque sequitur, siue intestinorum, siue partium aliarum morbos. Id ubi accidit, ardua tum res, iudiciiue plena est, plures discernere morbos, qui conuenerunt, et omnia recte supponere; sed leuius quoque malum, ab grauiore distinguere; cuius nihilo minus vtriusque, tradere signa, non ita multo post studebimus. Nam breuiter aliis intestini pars, et, aliis longior eius coarctatur portio; et, intestini ambitus, multiplici modo, graduque minuitur; denique, vel distentioni canalis plurimum resistit, aut contra cedere valet. Vidimus euidentes in cadaueribus, neque in viuis plane negligendas, intestini angustias, quae symptomata, tantum mitiora, in hominibus, et, data occasione, olim pepererunt; tamen, alterius amplitudinis naturalis parte, angustius, quod loco factum post obitum, videbatur intestinum, neque id aëre illato sicut sanum, distendebatur experimento. Grauior vero ab vitio molestias, et, hoc minus tolerabiles, funatas esse obseruauimus, quo magis, ab altera capacitatis suae naturalis parte, et, in quacunque aetate, ambitus intestini, quo loco defecit: tandem, minima cavitatis, si tenuis, siue crassi intestini contracti, quam quidem, si proximo, et imminente vitae periculo, nostra ex obseruatione, adulti, aliquamdiu sustinuerunt, ea minimum digitum, incisus cadaueribus, admisit. Si omni autem gradu, quem diximus, id vitii, angustiaeque genus facile permanet, vel inualefcit, recte extoto vnquam sanatur; sed salutaribus consiliis, tractatur.



um leuatur, et, veluti intra limites continetur. Pylori scirrhusi, aut cartilaginosi, intestinorum pariter iridorum, collapforum, calloforum, et inde, atque ab spasmodicis coarctatorum exempla, et plura, inter adstrictionis alui causas, relata leguntur apud BONET-IVM *Sepulcher. Libr. 3. sect. 3.* Quare symptomata, et omnes molestiae, quae malum sequuntur, accessionibus, aut longioribus, aut brevioribus, pariter crebrioribus, aut minus frequentibus, sentiuntur; aliquando, eae periodicae, aliterque incertae, inuasiones fiunt: plerumque autem, cum haec ita plurimum variare animaduer-  
situr, tum morbus plurimum quoque comes est aliorum, aut, neque vno, sed pluribus intestinum contrahitur locis. Est tandem, et id omne mali genus, vel recens, vel antiquum; et istud, si mitius fuerit, fere negligere aegrotantes solent; nec tum ita facile discernitur. Sed, quod perinde recens, ac grauius vitium est, me delamque omnino saepius admittit, id ipsum tractatione hac negligimus; ne omnem, de vermibus, venenis, aut colicis doloribus, doctrinam, longeque plura, nunc persequi dissertatione debeamus.

### §. XI.

Itaque medicus, prudenti consilio, exploraturus vitium, quale exponendum nos suscepimus, ante omnia circumspicietur, studiosissimeque ponderet, quaecumque grauius vitium, quod in intestino do-  
centur  
uare intestinum, et ponere obicem, siue alimentis, siue excrementis poterunt. Inde vero sollicite, hepatis ipse, et splenis, et renum, aliarumque vicinarum partium, signa morborum, cum praesentibus comparet, et scite haec vitia, veluti ratione amoliatur, ac discernat; aut, ubi opus ita fuerit, plura, quae obueniunt, diligenti meditatione, studioque, is conciliare annitatur. Valet



in utroque, tam simplici malo, quam composito, lata ab  
**HIPPOCRATE** lex, quam ille tradidit *Libr. VI. Sect.*  
*IIIX. de morbis vulgaribus*: „ morbi etiam tempus, et ho  
 „ ram contemplari oportet, et, quae in morbo accidunt  
 „ imprimis circuitus, ex hisque, quinam maiores, et qui  
 „ nam longiores, et incrementa. Totius quoque morb  
 „ incrementum, aut remissio, aut vigor, et, quod magis  
 „ quodque minus confecit, et quando, quanam hora, e  
 „ aetate, in considerationem adhibenda. Signa quoque  
 contractionis inualefcentis, non vnius generis esse solent  
 sed, alia communia, intestinorum plurium sunt, alia vero  
 singulum, esse laesum indicant; nonnulla, pariter tenu  
 intestinum, prae crasso laesum esse; reliqua denique, leuius  
 vel grauius, subesse vitium docent. Quibuscunque igitur  
 intestina, vno, aut pluribus contrahuntur locis, siue  
 connatum ob affectum, siue, ob acquisitum, et, utcur  
 que, ex habitu prauo; id ita provenerit vitium, tum **G A**  
**L E N V S** ait *de sanitate tuenda Libr. I. Cap. XIIIX.* ill  
 „ alius communiter segnior esse solet, neque ordine su  
 „ cedit. Sed, in mitiori malo, alii, et sibi temperante  
 fere incolumes viuunt, contra, alii, post errores, in pot  
 victuque, quales, sani quidem, sine incommodo ferunt  
 nihilominus sentiunt dolores, neque vehementiores  
 tamen grauantur intestinum, neque diuturnos. Tu  
 vero, quaecunque tormina, fuerint subnata, haec loca  
 quasi abdominis consueto, oriuntur; singillatim,  
 malum tenue occupauerit intestinum, talia, mox vel  
 in loca incerta pergunt, et expanduntur, neque subito,  
 sed sensim conquiescunt. Quare mali sedes, ut recte  
 cognoscatur, nunc maiorem aegrotantis animi attentio  
 nem, et dolorum quasi exercitium, sed singulare quoque  
 medici studium, ipse morbus postulare suo iure videtur.



leuat haec vitae humanae incommoda, vel corporis, vel aetatis vigor, vel denique temperamentum; maxime vero, aptum vitae genus succurrit, et, haec omnia, metuendis ceteroquin molestiis, partim obsistunt, partim medentur. Nihilo minus, illi, quibus tenue intestinum quodammodo coarctatur, hi ab acceptis alimentis, quae neque facile admodum digeruntur, communiter, breuiore temporis interuallo, quam, si crassum vitetur intestinum, incommoda ferunt; hinc spirandi difficultas, quodammodo, in isto casu maior, et inquietudines, primis ex coena, ac nocturno tempore; et vtcunque tolerabiles, tamen diuturniores, quam in altero casu, dolores sunt. Ad haec, citius illi tum saturantur cibis, aut iures ructus mittunt, quibus intestinum tenue ita incommodum est. Inter ea obseruari, hoc tardius, in imo ventris varii motus, et consequi soni, aut murmura solent, quo quidem ab stomacho magis distat, angustiae in intestino locus. Ob hanc quoque diuersam locorum distantiam, etiam varia alui siccitas, et adstrictio est; et vniuersim, illae molestiae, earundemque diuersi gradus, fere vfu, ac consuetudine, ab ita affectis discuntur; quandoquidem ipsi, cum delectum habere alimentorum calant, tum, creberrime, ab delibandis alimentis, quae quidem experturi incommoda sint, praedicunt, curatiusque notant omne tempus accessionum, et modum.

§. XII.

Quae igitur molestiae, plerumque tardius, ab epu-  
in uadunt, et irrequietos homines faciunt, vbi crassum  
contrahitur intestinum; sed flexum intestini, certumque  
ictum, magis omnia veluti sequuntur, eundemque  
ariis notant, quam si tenue ita laborauerit intestinum.  
proinde, tum accessionis cuiuscunque initio, quo loco

*Signa propo-  
nuntur mali  
leuioris, si in  
intestino cras-  
so eius fuerit  
sedes*

mali



mali sedes haereat, dilucidius nunc cognoscitur, pluraque iam suppeditantur, progredientis, aut finiendae accessions signa. Nam, ex erroribus, qui sanis etiam egi videntur, neque his noxam ferunt, contra, sic mali affecti, in colicam passionem facile incidunt; quae vetus tum mitior est, nec aegre remediis discutitur. Cum proinde generis dolor, cum hominem adoritur, primum in contractionis loco, exigue is figi, saepeque, pro fecu scilicet quantitate, ac vitii modo, ibidem recurrere; sed et inde, quodammodo obscurior fieri, ac zonae in modum moueri; denique, hoc magis expandi solet, quo plures flatus simul angustiam percurrunt, et veluti rugitu et murmurant, mox vero abdomen intendunt. Nihil minus, ex maioribus in dieta erroribus, his etiam grauiiores, quae sunt, et aliquando grauissimae nascuntur colicae passiones; quales et alii, crassioris sub intestini angustia maiore, saltem crebrius, et a causis leuioribus contingunt. Quemadmodum vero tenuium angustia intestinorum, hominem ad tormina, sine insigni ventris tumore, plerumque disponit, ita tumorem grandiore abdominis, et inflationem eius maiorem, sub crasso intestino, angustiore facto, oriri saepius animaduertitur. Haec, sicciora quoque, ab erassiore intestino angusto, stercora reddi, consueuerunt, et adstrictioris alui tumores praesentia sunt notae, ac crebriores inde subnatae obseruant molestiae, quam quidem accidit, si mali sedes partem tenuis intestini occupauerit. Tum quoque magis auant malum, missi ex aluo flatus, plurimumque id iectiones tollunt; imo vero, apta medicamenta, opera maiorem ferunt, et, quae euacuant, meliorem videri praestant, quam, si tenue intestinum ita fuerit intumescens. Frequens et est, in altiori crasso, sic labora



testino, plures, pertinacesque molestias, quae propter angustias nascuntur, subito, et saepe, veluti ex improvi-  
so, etiam sine deiectione, si non omnimode, saltem ma-  
nam partem conquieuisse; quod tamen se aliter quo-  
dammodo habere solet, si coli inferius extremum; aut  
rectum intestinum fuerit contractum. Nam, tum per  
terualla potius, nec sine labore, iteratoque conatu, ex-  
crementa egeruntur; aut quaedam intestini constri-  
ctio, missioni fecum obistere percipitur. Quibus, ita  
male adfectis, admodum frequentes tenesmi, seu inanes  
excernendi conatus, aluum praecedunt; et, interim tot  
conturbantur, ac fiunt, aut, aliter recurrunt molestiae,  
quotquot accumulatae, de nouo, siue feces, siue flatus,  
in intestino, ciere possunt. Omnes, quibus colon, ma-  
meque illi, quibus rectum angustum est, hi, ad hae-  
morrhoides vtriusque generis magis propensi sunt; et  
ex haemorrhoidibus, quae coecae appellantur, eae sub re-  
cti vitio, plures molestias, euidentesque, ac sensui obuias,  
referre in ano solent.

§. XIII.

De malo grauiori, cuncta in eo asperari, quae mo-  
do diximus, patet; et, idem aliquando plures morbos,  
et symptomata arcessere rariora solet. Quanquam  
nim, neque aequaliter amplum natura intestinum fecit,  
c, vel annuli pylori amplitudo, hominis adulti, sicuti  
um arte anatomica praeparauimus, vix minimum di-  
gitum, sed recens, indicem non aegre admittit; imo  
ero, quanquam in morbo, quem modo tractamus,  
tiam aliquid consuetudini dandum esse existimetur, vt,  
os, vel inde, iam ante permoti, malum leuius, sine ma-  
no vitae incommodo, sustineri obseruaremus; tamen,  
maior angustia vix fieri, nedum inualescere solet, quin  
lura, peioraque symptomata consequantur. Quare, si

*Diagnos. ma-  
li grauioris, te-  
nue intestinum  
si id adflixerit*



Factum ita angustius duodenum intestinum, praeter omnem naturae modum, fuerit, tum id alimentorum massam, haud, absque insigni difficultate, transmitti neque solum, in hoc loco, qui male adficitur, et, si dexteriori hypochondrio, obscurior tum dolor est, si etiam angustiae obicem, atque intestini laborem, proxime ventriculus percipit, pluraque, ex grauiori, ut usque partis labore, perinde, ac dolore, sequuntur mala. Igitur, qui sic, data occasione aegrotant, illi in elegendis, ponderandisque alimentis, maxime curiosos, sollicitosque se gerunt; nam, ab cibo valde exiguo, potiusque acceptis, eorum grauatur stomachus, et valde angitur dum obicem is superare annititur. Quare, inter digerendum, multi ructus mittuntur, et varii sensus saporum excitantur; ac largior hinc sudor, in ambitu corporis, in facie erumpit; habitusue tum naturalis color, mutari observatur. Nam inter ea, pectus, atque praecordia anguntur, et, quasi magnum laborem sustineret corporis fatigatur machina, totumque ipsum anxius et inquietum fit; sed inde, pariter in consensum corripitur, et tremit, plurimumque id, diuturniore subore, languet. Quare, tum omnino, et, inter sumendum alimenta, grauiiores intestinum labores sustinent nisi per vomitum fortassis reiiciantur, quae accepta fuerunt, aut obicem, viscera, quae laborant, interea superauerint. Verum, ut illi homines, exiguo fere omnino alimento faturantur, ita, eius facile admodum fastidium aut, quae assumpta fuerunt, per vomitum reddunt, praedereque, et mitti tum, sine leuamine, crebriores ructus solent. Quanquam vero citati vomitus, eo tempore, gros torquent, et angunt; nihilo minus, accessio in iisdem, quippe transiturae, maior spes est, quae ubi leuamentum, ex ructu, aut succedente aluo, de



nique, ex subigendis, longiori temporis iactura, alimen-  
 tis, speratur. Quo certe in casu, illi per vomitum  
 alimenta, hinc pituitam, deinde bilem reiiciunt;  
 ipse frequens vomitus, multam sitim, aliquando, et  
 stomachi grauiorem ardorem parit. Accidit nihilo  
 minus, ubi modicum ex alimentis duodenum subegit,  
 que permisit, et accessio nunc finitur, ac, quae trans-  
 eunt angustiam, liberiora in motu fiunt, ut, praeci-  
 pi potius ea motu, et, in tractu reliquo intestinorum,  
 ergant, neque ita porro, et quidem recte confician-  
 tur. Inde vero, euenire solet, ut miseri, angorum  
 non terri metu, non solum inedia epulis praeferant,  
 sed etiam aliter, et, ex turbata chylosi pereant.  
 Quare intelligitur, quam inordinata, eo tempore, aut  
 tarda, aut aliter varia, incertaque alius esse soleat. Etiam  
 tum, quae modo diximus, pleraque, sub grauius con-  
 tracto, siue ieiuno, siue ileo intestino, adoriri homines  
 seruatur; nihilo minus accessionum principia, tum in-  
 uallis variare temporis intelligitur; sicut, pluribus men-  
 tis, et in diuersis, qui sic aegrotant, distant ab ventri-  
 lo loca, quae in alterutro intestino laeduntur. Igitur,  
 ne altera, nunc vero tertia, aut quarta, post pastum,  
 ra, nocturno, diurnoque tempore, et quidem, ab acce-  
 ssu alimentis, dum ea subigi nequeunt, inquietudines illi,  
 et iectigationes corporis, vehementioraque tormina,  
 tensiones, siue supra, siue infra umbilicum, aut ab al-  
 terutro latere, vel circa dorsum, aegri sentiunt; breuique  
 in sequuntur duriores, nec magni, ventris tumores, et  
 omnia, maiorem abdominis partem sensim occupant.  
 gillatim vero, quae in ieiuno adfligunt, ea frequenter  
 agis, et aliter, quam ubi ileon adficatur, impedire re-  
 rationem, vel angere hypochondria, praecordiaque  
 consueuerunt. Fallit saepe numero ita laborantes appe-  
 titus,



titus, et illi modum, in sumendis alimentis, quem ferè ceteroquin possent, facile excedunt, eoque tum longiores illi, et grauiore dolorum accessiones, sibi consciscunt. Neque vero hos iuuant ructus, neque vomitus leuamentum adferunt; nec, nisi tardius aperta aluus opitulatur, siue sponte etiam superuenerit, siue arte vacuetur. Quamuis angustia intestinorum, stercora retineri sicca, ac lente admodum talia dimoueri, aut similia ouillis, per uum excerni, frequens est. Itaque acerbiores tum omnes dolores sunt scilicet, ob maiorem sensum, quo tenue testinum, secundum naturae ordinem gaudet, syncopae aut inflammationis, aut voluuli, conuulsionumque, in accessione graui, semper est metus. Omnia intestini grauioris morbus atrociora, quam coli habet, quemadmodum, coli doloris occasione loquitur IODOCROMMIVS *obseru. medicin. L. II.* Aliquando, in utroque intestino, ut exploretur, qui primario quidem adgitur locus, tum, et in primis, si flatus copiosi male augeant, CELSI experimentum est adhibendum, quod in colica passione faciendum is suadet: „Duas manus tibi supra ventrem imponere licet, paulatimque deducere, „colon, ut inueniatur in hocce intestino, sicuti in ieiuno, „ita male affecto, mali sedes; siue locus ipse renitatur, „siue aeger exactus eum dum animaduertat, et indi-

## §. XIV.

*Signa mali  
grauioris in  
crasso intesti-  
no, si eius fue-  
rit sedes*

De vermiformi intestini coeci constat appendicem, quod ea interdum coaluerit, et, sine dispendio sanitati occlusa geratur; at, ipsum intestinum coecum, quo natura firmavit in situ, et, prae ceteris amplum fecit, quoque maiores adfert molestias, et aegre transmittit feces, si coarctetur. Quam ob rem, occasione data, et quoque tardior aluus est, et tormina pertinaciora sunt, ac, facile quidem, ad utrumque, tam tenue, quam p-



nquam reliquum, crassumque intestinum extendun-  
 r. Vnde dextrum quoque dolere inguen, saepeque  
 eius lateris testiculum dolor excurrere percipitur.  
 Sed, potius dolores, qui in colo contracto percipiuntur,  
 nephritidem imitantur; scilicet, cum stabiles ipsi sunt, ac  
 eluti in angulis haerent, neque, sicut in colica passione  
 communiter accidit, vagantur. Ceterum, siue intestinum  
 vtrumque, siue alterutrum coli latus perangustum sit, siue  
 inque media, ac transuersa coli zona valde coarctetur,  
 iuncta tum nihilominus fiunt, et leui ex errore oboriun-  
 tur, quaecunque in passione colica plerumque obseruan-  
 tur. Sed, omnis haec intestinorum angustia arcessit  
 mala, quae singulari modo, veluti accommodantur, ad  
 humorum indolem, et tempus: maxime vero, ad om-  
 nium successuum, per intestina motum. Quare magis  
 frequens tum inuadit vomitus, cum, in dextro, scilicet  
 abdominis latere, factum angustius colon est, quam, si ab  
 sinistro latere id ita euenerit; et, eius rei causam, duo-  
 deni flexus viciniam, quam supra notauimus, proxime  
 recusare non dubitamus. Sed, ne admodum permixte,  
 de mali sede medicus sentiat, igitur ipse, ad principium  
 inuasionis, et post epulas, quod elapsum est, tempus,  
 recte animum aduertat, plurimumque angustiae sedem  
 tum docebit, tam topicorum, quam remediorum inter-  
 orum, quae ordinantur vsus. Singillatim vero, et, in  
 latere sinistro, cum paullo longior coli pars valde con-  
 tracta fuit, e. g. vt cavitatis vix minimo digito amplior  
 sit; tum multi, ac vehementes motus, sensusque, et  
 murmura, alium eo tempore praecedent, et anxios in-  
 ter conatus, doloresque, qui, et illis parturientium quo-  
 dammodo similes sunt, succedet deinde alius; imo vero,  
 egerime tum clysmata applicabuntur, nec speratum  
 ipsa auxilium ferent. Inde enim, et ante missionem fe-



cum, plurimum fatigantur aegri, et sudore frigidando, ob arduum, atque diuturnum intestini laborem perfunduntur, valdeque abdomen tumet; et communiter, sicciora, aliquando arida penitus, et indurata, a pauca, tandem excernuntur. Tales haud raro aluina feces, in ultimo coli flexu, perinde, ac recto in intestino colliguntur, et, cum tenacius haerent, tum nonnumquam saponis ad spissitudinem accedunt, et memore exemplorum fumus, quibus eadem, specillo cauo, in anum missa, et particulatim, excerpi debuerunt. Quoad adeo asperatur malum, ut, ex angustioris intestini crassitudine, tam doloribus crucientur homines, quam grauis simis vexentur desidendi desideriis, imo vero, ut, a usque conuulsiones, illi aegrotent, ac tremant. Quorum, et, inprimis seniorum corpora, prae frequentibus accessionibus, et, prae diuturno huius generis malo, fieri incurua vidimus, quod ipsi, hocce contracti corporis positu, quippe tum sibi grato, leuamentum quaesierint. Pluribus ita de causis, illi tum misere transigunt vitam, cum coli longior pars, et rectum intestinum, supra ani sphincterem, perangustum est factum. At simul vehementer sollicitatur aluus, et illi, quasi ultimos parturientium experiuntur conatus, quibus similis contractior ipse ani sphincter, ac fibrae eius rigidiores sunt, quam, ut omni spiritu, ac crebrius quidem intestino, omnibusque viribus collatis, plus, quam peregrinum mittere, aegri valeant. Quam ob rem his, cet temperanter viuentibus, nihilo minus sicca, et saepe cruenta esse aluus solet. Caueat sibi medicus, ut, si cruore, ab alui adstrictione viso, arguat statim, cum hunc esse haemorrhoidum fluxum; quo quidem in genere, medici plures hodie errant, cum, doctrina de haemorrhoidibus abusu, neque minori superstitione pra-



raeoccupati, nimium inde augurari, ac sperare solent. Sed aliis, ab ingenti, ac frequenti conatu, quem, iter excernendum aluinas feces, ipsi exercent, plurimum intestini extremitas laxatur, et eadem, extra ani limites naturales extuberat; nec magno nisi cum incommotum, quod procidit, aut haeret, reponitur.

§. XV.

Carnearum intestini fibrarum, praesertim vero muscularium accusare breuitatem, inertiam, ac stuporem, debet; quae, sicut augeri sensim solent, ita, in parte languet motus peristalticus, aut cessat. Patet, ita elarioris, et nativae fibrarum carnearum virtutis, in morbo, iactura; sed, intelligitur, quod natura ceteroquin conficit robur, id ita, vel propria musculosae culpa tunicae, vel quoque contiguorum ex vitio quasi stratorum, primum oriri. Inter haec princeps est, qui omne fouet, ac dilari feliciter intestinum facit, cellulosus maior, interiorque contextus, quem supra diximus. Neque vero desunt remota causas, quae totum habitum, in parte quadam intestini, male adficiunt, eundemque, vti diximus, languorem reddunt. Vt cunque inferatur vitium, vel a causa subnatum id esse censetur, qualis in anatome defunctorum abunde in sensum incurrit, aut, quae facile omnem tum visum fugit. In isto genere, vitiosa intestini adhaesiva quaedam adstrictio, deinde obesitas, scirrhi, variique tumores, et, quaecunque premendo, aut contrahendo occurrunt, denique, acutum inflammationis, et voluuli vitium, ac plura, discernuntur. At, in altero genere, quod hac tractatione seorsim ponderamus, rarius spasmi, olim quidem illati, in cadaueribus supersunt priora signa, aut manifestae causae; neque semper excitatis in habitu reteguntur notae, pluresque intestini infirmitates, non tam colorem eius, et alia externa

*Causae vitii  
huius intesti-  
norum docen-  
tur*

mu-



mutant, quam, magis compactum canalem reddunt. Neque vero ab inferendis molestiis, ea viuorum intestina contracta, quoque censemus esse aliena, qualia, in cadaueribus, si visa fuerint, nihilo minus distentionem, se experimento tentatam, neque omnimodam admiserunt prope, ad illum modum, sicut, ante tres annos, stomachum alicuius cadaueris, in medio quidem valde contractum, e quasi duplicem visum, scilicet aëre, cum impetu quodam illato, nihilo minus expandere notabiliter potuimus. Quamquam, inter eius generis experimenta, interdum id accidere in intestinis, largimur; plurimum tamen abest, ut illaenam inde, ac prorsus liberam fuisse, illorum partium, in viuis functionem, nos temere arbitramur; sed, potius, malum leuius, a grauiori dudum extinximus. Remotas, quas vocant causas, praeputasque, et obuias, tantum addamus. Proinde naminamus, adstringentium medicamentorum, et alimenterum, deinde aromatum, et spirituosorum liquorum abusum; imo, medicamentorum omnium farragine, ac copiam: porro, diarrhoeas, dysenterias, ingrauidationem molestam, dolores, siue a rebus venenatis, siue, vermibus, aut aliter excitatos, seniles siccitates, mensis, aut haemorrhoidum, vel cohibitos, vel immodicos exsuperant; immoderatum quoque addimus externi caloris, et horisque usum, parciolem potum, vitam sedentariam, et reliqua. Vniuersim, quae siccant, male nutriunt, et debilitant, quemcunque cellulolum, et, omnem intestini contextum, ac stupidum reddunt, aut aliter, spasmus carum fibrarum cient, et seruant, ea communiter infestum malum solere, de quo loquimur, censemus. Quae, cum disputamus, neminem facile, abundantem in contextu celluloso interno, pinguedinem, licet, in obesis male adfectis, accusaturum, confidimus; quando



lem in eo vasa, quae pinguedinem fecernunt, haud  
iniri, supra docuimus. Atque in ea consentientem  
Cl. ALBINVM habemus, qui, neque in valde obesis  
adaueribus, illum contextum vnquam pinguem ob-  
eruauit.

§. XVI.

Sed neque omnibus valde molestam, noxiamque  
ntestini, vel inueteratam quoque, angustiam esse, id pas-  
m monuimus: tamen, negligenter si habita, ac male cu-  
ata, inde vero facta grauior ipsa fuerit, tum, et cre-  
ras, et diuturnas accessiones profert, incommodaque  
lura, ac morbos parit. Qua igitur de causa, inter ar-  
tum tenue, et crassum intestinum, in malo fecimus, nec  
ue discrimen; imo, neque supra negleximus, tam sim-  
licem, quam compositum censere morbum. Facile  
unc quisque intelligit, quod vnum malum, tolerabilius,  
rae altero sit, et maiori, aut minori cum studio, et  
pera coerceatur. Omnibus vero, sic aegrotantibus,  
sensissima, ac semper metuenda, tum tenuis, tum  
rassioris intestini, inflammatio est; licet eam saepius sibi  
ontrahant, ac voluulo corripiantur, quicunque in te-  
uis intestini inciderunt morbum. In omni hoc malo  
uum esse apertam, id hoc magis salutare signum erit,  
uo quidem magis eadem acceptis respondet alimentis,  
el ordine, et cum leuamento succedit. Etiam alui fe-  
s, quo magis a modo naturali, siue quantitate de-  
ciunt, siue qualitate inde recedunt, vel etiam sine ordine  
ittuntur; eo grauius, communiter, subesse vitium si-  
nificant. Facile haemorrhoides sibi acquirunt, quibus  
arctatur crassum intestinum, neque semper, sed ali-  
ando, et quidem maius inde, leuamen sentiunt, quam  
, quibus ita tenue male est adfectum. Atque, pro re  
ta, iam, vomitu accessionem leuari, aut finiri, iam vero,

*Leuamen, qui  
sperare pos-  
sunt, et contra  
quid alii me-  
tuere debent.*



ruetus, aut flatus, qui mittuntur, idem procurare, aut aluum fusio-rem solvere malum, id supra diximus. Igitur tam inter tormina, quam, cum finitae accessiones fuerunt siue praesentium, siue futurorum euentuum, et omnium eorum, quae porro accidere poterunt, colliguntur signa. Vnde, alii in acutos, et breues, alii in chronicos morbos sigillatim vero in tabem, aut cachexiam, quin plures incitant, est metus. Effugiunt crebriora, perinde, ac grauiora symptomata, quicunque sobrie, et ad morbi statum, eiusque grauitatem, accommodate viuunt. Nam, in pluribus dies, alui obstructionem, licet, contractionis vitio inueteratae, ea nata fuerit, et porro, in seros annos, tardiores fecum missionem, tolerabilem esse, id experientia testatur.

## §. XVII.

*Quae praesentes molestias lenant et tollunt*

Quanquam hic morbus, cum coli dolore, et adstrictione alui, quae, pluribus quoque de causis, subinoriuntur, multa admodum communia habet: tamen vel leuiter in arte nostra versatus, qui fuerit, is iam his, quae adhuc tradita fuerunt, intelliget, id, quod tantum est malum, maiorem omnino indagationem, et medicum circumspectionem, deinde, in primis alia plerumque medicamenta, cum fuerit grauius, id postulare testini vitium. Accessione igitur grauiori, quam tantum curamus, dolorem semper leniendum, aluumque communiter aperiendam esse, confitemur. Nausea nihilominus, vomitumque, medicamenta, vel ea augeamus, quae ceteroquin nos plurimi, in colica passione, aestimamus. Id ita in primis accidit, ubi duodenum vitio laborat; nihilominus, remota magis, licet a stomachi, mali grauioris sedes fuerit, et, eius generis efficax medicina retineatur, atque ad intestina iam deferatur; tamen rarissime leuari inde morbus, sed potius asperari so-



Ac, primum in duodeni, aut ieiuni, scilicet, ad stoma-  
 hum propinqui, contractione, sicut facile, ac, cum le-  
 amento, in accessione vomitur, ita arte vix vomitus, iure  
 quidem procuratur; sicut deinde verbis pluribus dicturi  
 sumus. Tum vero, et tempestiue quidem, aut sedare  
 iuturniorem vomitum, aut roborare stomachum ex-  
 edit; consultumque erit, eius fouere regionem epithe-  
 matibus, e spirituosis medicamentis, aut cataplasmati-  
 us, ex aromaticis, et carminatiuis, quae fiunt. De vsu  
 remediorum interno, potiones gratas, et analepticas, fe-  
 re praestare reliqua, neque contemnendum saepe vini  
 um selecti haustum esse, obseruatur. Quo certe tempore,  
 molestias vomitionis, et, quascunque aeger, communiter,  
 ex errore sibi consciuit, ipse patienter ferat; nec vrgeat  
 medicum, vt plura medicamenta praescribat, quorum,  
 tum maior quantitas, tum vehemens qualitas, morbi  
 conditionem omnem intendunt. Quae certe expecta-  
 tio, licet, in illo casu, salutaris quoque censeatur esse, cum  
 iunum, aut ileum intestinum, et maiori a stomacho in-  
 tervallo, angustiam contraxerunt; tamen, hoc in casu,  
 potior est iusculorum, et omnium, quae molliunt, et  
 osius olei vsus. Iam, et cataplasmata, et inunctiones, ex  
 genere eorum, quae molliunt, fieri debent: et magis,  
 in aluum clysmate subduxisse, iuuat. Maiorem nihilo  
 minus vsu, clysteres habent, cum crassum ita intesti-  
 num laborauerit: magisque tum carminatiua blandio-  
 ra, in auxilium trahuntur. Omnia, quae ex opio, nar-  
 oticisque fiunt, quocunque ea tempore adhibeantur,  
 morbum pertinaciorum reddunt.

§. XVIII.

Finite accessione, et, cum homines, contra eius *Quae futuras*  
 eneris dolores, defendi volunt, tum omnibus immo- *auertunt mo-*  
 erate viuentibus dicendum est: sibi, neque consiliis, *lestias, ex classe*  
*alimentorum*



neque medicamentis, praesertim in hoc malo succurri quod ex toto quippe sanari, cum aliquantum inuault, non potest. Nam, vix illi, reliqua naturae bonitate, roboreque, plurimos, et sensim auctos, atrocesque paroxysmos effugiunt; nisi resipiscant, et bonae indolis more aegrorum, sobrie, ac temperanter viuant; neque, si magis appetitui, nedum gulae indulgeant, quam propria experientia eos docuit, quid ferre intestina, sine incommodo soleant, quid vero accipere, et subigere recusent. Quare, post curiosum, veluti staticum, quod commendauimus, in vita regimen, certe maiorem intestini fibrarum stuporem, atque siccitatem, auertunt transitumque assumptorum alimentorum promouent, et egregie tum iuuant, quae lubricare, et emollire solent. Quare commendantur iuscula, et sorbitiones, cereuisia tenuis potus, neque flatulentae, neque nimis amarae. Seligendae etiam carnes solubiles sunt, et facile digerendae; e piscibus permittuntur minuti, et ex oleribus, quae minimum flatus pariunt, et augent. Praestat panem fermento infectum, albus. Sed facile admodum, quae his malis subiiciuntur, aut vino, aut potu theae, vel coffee, aut lactis, abutuntur. Grauant alimentorum canalem legumina, et crudiores cibi, ac fumo, quae indurantur, et longe plura. Optumae notae oliuarum oleum aut simili, sed multo, condiri alimenta expedit; et, vniuersim, quae siccant, et flatus generant, aut fermentationem excitant, nedum, quae adstringunt, sedulo negligi, ac vitari debent.

## §. XIX.

*Quae futuras molestias auer-  
tunt, ex euacu-  
antium classe  
medicamento-  
rum*

Iam, vt recte alius moueatur, et succedat, id curari, prae ceteris a medico debet. Eam semper natura meliori consilio procurat, quam medicina mouet. Sed genda nihilo minus, pro hoc scopo, idonea alimentorum

erunt



runt; maxime vero, neque medicus purgantia inconsiderate praescribet; etiamsi, siue mucus, qui per vomitum, aliumque, aliquando excernitur, siue copia ob-  
 murmurantium assidue, vel eductorum quoque, flatuum, vrgeret fortiorum usum purgantium, omnino aliis videatur. Quam enim mali causam, medicus purgantibus tollere non potest, cur iisdem fortioribus irritabitur am medicamentis, et ita, utcumque ipse siccabit intestina, ac futuros paroxysmos, quasi, ex instituto asperiores eddere, imprudens suscipiet? Quo certe in casu, rarius, nec, nisi circumspicte, senna, nedum fortiora medicamenta, et, quae magis purgant, aliterque siccant, suadentur. Igitur magis errant, qui omnium ordinem successuum, quae in canale alimentorum infirmo fiunt, usu vomitoriorum subuertunt. Sed magnum ferre usum, clysteres constat, quotiescunque, tam in accessione, quam extra id tempus, et, pro scopo auertendi malum, expedit, euacuari largius ex intestino crasso, quae cumulate in eo tenentur, et varie nocent. Quare, ad illos dolores, qui procliues sunt, et adstrictionis alui vitio laborant, iisdem, plerumque auxilium clysteres, omnino praestant. At, qui morbus, propter loci contractionis distantiam, minus commode leuari clysteribus poterit, in hoc certe alium mouere digestiuis, et laxantibus, decet. Quare commendandus, inter ea, quae alium laxant, mannae, et amarindorum, et cassiae usus est; aut etiam sal catharticum, siue Anglicum, siue Sedlicense, tum adhiberi interdum, cum fructu poterit.

§. XX.

Neque vero, alia de causa, laxantium iam suauissimum, quam, ut ea interdum cruditas, aut ille mucus, qui facile admodum, infirmo in intestino, abundare solet, opportune per alium euacuetur: Sed iam, et inter al-

*Quae futuras molestias auer-  
 tunt, ex alteran-  
 rantium classe  
 medicamento-  
 rum*



terantia quidem medicamenta, porro commendamus  
quae longiori tempore talia detergant, et ad faciliorem  
exitum omnia disponunt, sed, quantitate minori plerum  
que accipiuntur. Quamquam enim, siue temperamen  
ti, siue aliarum aegrotantis conditionum, simul prob  
habenda ratio sit; et subinde, selectiora amara, et sto  
machica, ac carminatiua qualia e. g. e. centaury minor  
aurantiorum corticibus, imo vero, castoreo, et similibus  
fiunt, nonnunquam propinari possint; tamen inter sel  
ecta magis remedia, et, quae pressius ad scopum faciunt  
inter alia est caprini lactis serum, quod cum cremore  
tartari fit, deinde salia plantarum, et tartarus vitriolatus  
terrae foliatae tartari liquor, et eius generis medicamen  
ta numerantur plura. Neque vero satis tuto adhibentur  
quae cum spiritu vini parantur essentiae, aut tincturae, ne  
fortassis exceperis, quae multo sale praegnantibus sunt  
quales, tartarifatae tincturae habentur. Sinistre plerum  
que medicamenta adhibentur, valde amara, fortiora ca  
rminatiua, et stomachica, et vniuersim, quae vim sicca  
di habent. Quo ex argumentorum genere, etiam p  
tet, quantum detrimenti alimentorum canalis, ex abu  
sualium remediorum capiat; praesertim, si nostrum  
quod tractamus malum, cum hypochondriaco, aut vte  
no morbo medici confundant. Neque vero, acidularum  
et quidem tepide potarum, aut quoque thermarum  
prorsus contemnitur usus; sed, quoad haec medicame  
ta infida sunt, neque auxilium, quod inde speratur, fer  
per ferre solent, eius rei causa marti a nobis, et cal  
ciae terrae adscribitur mixtis. Quare, haec saepe v  
prodesse, aut duntaxat breue solatium, vitio hoc lab  
rantibus, adferre, nil miramur; sed, neque tum, prae  
piti nimis consilio, de cuius visceris grauiore obstruct  
ione, et scirrhus, vel aliis, plura semper hariolari licet; qu  
nia



iam, vel sola intestinorum angustia, ea proferre symptomata valet, quae hypochondriacum affectum, et alia, facile mentiuntur. Est et, inter externa remedia, molentium inunctionum, sed, maior longe, tepidorum, et quae dulcis, balneorum, aut, cum vegetabilibus emollientibus factorum, praestans usus. Cunctis vero remediis, quae modo nominauimus, nonnisi moderate admodum, prudenterque uti decet. Nam miseri, inter cures censentur, qui, ut ad sensum sibi leuamentum adrant, cum quidem tolerabile adhuc vitium est; nihilo minus, vel sinistre suadentibus ita medicis consultoribus, recipiendarum pilularum Beccheri, vel quarumcunque balsamicarum, ac deobstruentium, imo vero, puluerum gerendorum copiae, et aliorum vsui medicamentorum sequenti, ac copioso adsuescunt, ut porro ipsi, cum medicis, ita quidem in re, aut fluctuantibus, aut cuius doctrinae perstitutione praeoccupatis, viscerum, nunc atoniae corrigendae, nunc, fluxus haemorrhoidalis consequendi, vel, utacunque aliena spe saepissime alantur, sed frustrantur, potius aluum, ita fere quotidie, ipsi sollicitent, nimium vero, ut intestina siccent, stupidaque magis reddant; denique vero plurima ipsi conferant, quae ad asperandum malum, et, ad arcessendum peiora symptomata, ac morbos, omnimode conueniunt. Incidebamus A. 1716. quinquagenariae cadauer feminae, cum praesto medicus esset, qui, per plures annos, miseram, uti aiebat, seruasse se iacebat, multasque libras pilularum, Beccherianis simillarum, etiam essentiam, nunc millefolii, nunc pimpinellae, riger propinauerat, donec colon, in sinisteriori parte, exuque suo, et maior intestini recti pars, omnia vero, adis longitudine, adeo compacta, contractaque essent, ut ne minimum quidem digitum reciperent, et misera, in cruciatibus, quos supra descripsimus, tandem cachecticum sibi acquireret, atque obiret. Eleganter BERNH. RA-



RAMAZZ'NVS cap II de principum valetudine tuenda monet: in alimento medicina bonum aiebat Hippocrates; medicamenta etenim frequenter sumta, praeter malum habitum, quem inducunt ventrem indies adstrictiorem reddunt. Neque de senibus duntaxat eius celeberrimi autoris intelliguntur verba, quae sequuntur: alius itaque mollis seruanda, ea cautione tamen, non plus quam par est solutior reddatur; ex his enim duobus extremis tolerabilior alui adstrictio, quam eiusdem solutio.

## §. XXI.

*Conclusio*

Quare cuncta, quae modo proposuimus, hoc seruanda scrupuloserunt, quo malum grauius, et maior morborum imminentium metus est; denique, quo magis indicantia, et contra indicantia, quae ita medici vocant, ipsos exercent, et sollicitos reddunt. Quodcumque vero solamen, diaetae legibus, quas aegri tenent, impetrare ipsi poterunt, id aliter, et, consilio admodum peruerso, medicamentis consequi student. Vel enim ad seros vsque vitae annos, alui adstrictionem notabilem ferri, id, nisi omnes compertum abunde haberemus, vix ex MARTINI LISTERI commentario in Sanctorii Steticam de sene, octoginta sex annorum, quippe, non nisi singulis septimanis, imo, interdum, intra quatuordecim dies, semel aluum apertam habente, rei exemplum esse pateret luculentum. Monendi iterum aegrotantes impotenti sunt, ne accessionum, imprimis earum, quas sua culpa sibi contraxerunt, aut inuasionum, aliquando fatistolerabilium, impatientes nimium, et intempestiue fiant medicosque, quos, nec semper constantes ad manus habent, vrgeant, et ad dandum varia, multaque remedia, impellant, ut ipsi, taedio sollicitationum immoderatarum permoti, et, aliter fluctuantes, facile farragine medicinarum praescribant. Nam, vel inde, inter alia, fatalis morbi superuenient, mors vero accelerabitur, vitae incommodorum finis.



FACVLTATIS MEDICAE

IN

ACADEMIA LIPSIENSI

H. T.

PRO-CANCELLARIVS

AVGVST. FRID. WALTHER

ARCHIATER REGIVS ET PROF. PVBL.

BSERVATIONES ANATOMICAS

SELECTAS TRES

DE

VCTV THORACICO BIPARTITO,

ENA BRONCHIALI SINISTRA, ET IN-

FERIORE ARTERIA HEPATICA, SVPERIO-

RIS MESERAICAE SOBOLE,

EXHIBET,

ET

PANEGYRIN MEDICAM

INDICIT



PRO. GANGLIARIIS  
AVGVST. FRID. WALTHER  
SERVATIONES ANATOMICAS  
SELECTAS JESU  
C. TH. HOF. A. G. O. B. P. A. T. I. O.  
R. H. O. F. M. A. T. R. A. L. I. N. I.  
R. I. G. H. T. A. M. E. A. T. A. S. P. A. T. I. O.  
R. I. G. H. T. A. M. E. A. T. A. S. P. A. T. I. O.  
P. A. N. E. G. Y. R. I. N. M. E. D. I. C. A. M.





I celebriores anatomici, luculentas  
olim sectionum singularum de-  
scriptiones, nouis suis obseruatio-  
nibus, quibuscunque, praemittere,  
quam, prima quauis obseruatione,  
et breuiter, de pluribus agere ex-  
emplis maluissent, reliqui ar-  
tis doctores, tam aequales, quam  
posteriores omnes, saepius habuissent, quae felici magis suc-  
cessu confirmaissent, aut amplificaissent, aut, etiam subin-  
de emendaissent. Quod, cum illi neglexerint, et com-  
paratam alii anatomen magis coluerint, hinc, vtraque  
de causa, nati errores, propagatique, ac, plures relictæ  
res dubiae fuerunt. Clarissimum rei testimonium, de  
neruo intercostali, nunc perhibere possemus; de cuius  
notabili flexu, et via, quam ab origine, et inter descen-  
dendum e cranio, vel ante, quam is ad vagum accessit,  
ipse neruus tenet, perspicuae, quantum nos scimus,  
condum habentur anatomicorum obseruationes; vnde,



et nos permoti, in eius origine, adhuc dubia visa, perinde, atque in eius progressu, rectius quidem exponendis, aliquam nuperrime operam collocauimus. Sed tantum nos memores iam eorum sumus, quae ex anatomie publica d. d. 29. Octobr. 1729, describenda, communicandaque, in *Actis Eruditorum Mense Ian. 1730* polliciti sumus. Atque maiores tradere chyli, lymphaeque vias, deinde, bronchialem describere venam sinistram, postea, hepatis arterias, quales memorabili exemplo tum vidimus, declarare verbis aggredimur.

*Observatio  
prima, de du-  
ctu thoracico  
bipartito et in  
vtramque sub-  
clauiam ve-  
nam desinente*

Verum tractationem a lymphaticis venis, et quidem lumbaribus, ordiri expedit, ante quam communis lymphae, chylique receptaculum, huius cadaueris, et reliqua, vti visa fuerunt, describantur. Quare, in hoc nostro exemplo, primum, duae spectantur lymphaticae inferiores venae, quarum singulae diameter, neque linea minor sesqui altera est. Eminent eae, propter vertebrae lumborum quartae corpus, et, ab utroque latere, in chyli cisternam, quam dicunt, eiusque inferiorem partem, rotundioremque, et, in experimento, quod fecimus, tumidam mercurio, et extuberantem, ita denunt; quippe cui, lympham olim reddiderunt, quae partibus subiectis omnibus, eo deriuata fuit. Proinde utraque, duorum transuersorum, ab conceptaculo chyli digitorum interuallo, iliaca adsequitur vasa, eorumque ductum imitatur. At, paulo superiori loco, et tribus venis, ab hoc chyli, lymphaeque conceptaculi tumore, et sub emulgentibus, dexterioribusque vasis, iam, veluti a inferiore, ac propinquo rene, aliae tres venae, lymphatico-lacteae, idem ad conceptaculum tendunt. Quae illis prioribus, neque crassitie cedunt, neque tamen prorsus, magnitudine, inter se sunt aequales. Nam, c



is maxima, quae est, ea paullo maiorem, prae duabus  
ymphaticis, quas ante diximus, diametrum habet.  
gitur, in experimento, tot, quasi conceptaculi ramos,  
ille mercurius, qui inde, ad proximarum vsque valuula-  
um obices recesserat, auditoribus nostris videndos, ab  
extro latere, et quidem interuallo, ac longitudine,  
nius alteriusque digiti transuersi, ita distinguendos de-  
it. Neque vero, plurium conceptaculi ramorum, ibi  
estigium porro fuit. At, ab oppositi renis parte, et  
tero, sinisterioreque, conceptaculi chyli latere, hoc  
osum non nisi singulum vas, et quidem loco, emulgen-  
bus vasis superiore, ac, prope extremitatem sui supe-  
orem accepit. Quod vas sinistrum, maximo ex illis,  
uae modo descripsimus, minus esse cernebatur; neque  
men, ab hoc latere, plures natura conquisiuerat cana-  
s, quos reddidisse chylum, lymphamque constaret.  
quare pro canale alimentorum, ac, pro visceribus, quae  
chylum elaborandum vtrinque spectant, vniuersim,  
fecisse haec quatuor lateralia vasa, lymphatico-lacte-  
identur; quandoquidem tot, veluti trunci, in mesente-  
i ambitum, numerosissimas soboles, ramosque diffude-  
nt. Tria illa vasa lymphatico-lacte-  
ommemorauimus, etiam in aliis cadaueribus, ab fini-  
eriore chyli conceptaculi latere, visuntur; deinde, ali-  
uando, bina duntaxat in alterutro obseruantur, et aliter  
cadaueribus numerum, magnitudinemque omnium,  
positum variare, monemus. Incipit vero chyli, lym-  
naeque conceptaculum extuberare, sub parte media,  
artae lumborum vertebrae corporis; inde, sed post-  
am recepit tria illa dexteriora vasa, id porro, quatuor  
citer digitorum longitudine transuersorum, vsque, ad  
mborum primae vertebrae, superiorem locum, inter



carneum vtrumque, septi transuersi finem, ita surrex-  
ut, neque in hac via aequalem, siue superficiem, siue c-  
pacitatem videndam, experimento daret. Idem ver-  
quo loco tres illos ramos accepit, amplissimum est; ne-  
que tamen, apice minimi digiti, maius esse tum visu-  
Praeter ea, quae modo diximus, id in suo tractu, subinde  
et tribus, quatuorue locis, quasi tortum nonnihil, ab v-  
alteraque parte esset, aut, exigue in se rediret, iterumque  
in progressu emeretur, sic oculis attentis cernitur. Tum  
igitur conceptaculum, duo, inferiores illi, canales  
quos ab initio commemorauimus, primum composu-  
runt; scilicet, ipsi, nunc volumen inaequabile, neque si-  
flexu ingressi, ac, pinguiori membrana merfi, et inuice-  
nexi. Iam, dexteris istius, lymphatici vasis, et, vter-  
que, in receptaculo torti canalibus, qui tres illos acceper-  
ramos lacteo lymphaticos, satis conspicua, in volumi-  
legebantur vestigia; imo alterum quoque canalem, ly-  
phaticum, nonnisi singulo, sinisteriorique vase lymph-  
tico-lacteo, et superiori loco, auctum esse intellexim-  
Ita vero, id conceptaculum lymphae, et chyli, nonn-  
ex duabus maioribus partibus, ac pinguiori tunica m-  
fis, et connexis, sensim vero auctis, factum est; sed, quae  
or digitorum longitudine transuersorum, totum gaud-  
ac progreditur; atque, tum superiori vertebrae prin-  
lumborum loco, et quidem, inter carneos diaphragma-  
fines, in singulum mutatur, et angustiore, thoracic-  
ductum; qui inde ad thoracem pergit. Etiam hic  
Etus, primum, et, sub pollicis interuallo, maiorem ol-  
nuit amplitudinem, quam ille postea habet, cum, in  
venam sine pari, et arteriam aortam, maiorem is, v-  
suae partem profequitur. Verum transimus ad locum  
quo, singulari exemplo, in hoc cadauere, accidisse rec-  
dam



damur, vt, iuxta tertiae intercostalis venae, ex azygos  
vena, originem, ductus thoracicus in duas diuideretur  
partes. Vterque canalis, ab altero, magnitudine vix di-  
uersus: sed vtriusque, simul quidem spectata, amplitudo,  
dimensione priori thoracici ductus, paulo maior obser-  
ata fuit. Qua igitur occasione, sic aliter, cum hoc du-  
ctu, atque, chyli cum conceptaculo, rem cecidisse, adno-  
uimus; siquidem, conceptaculi ambitus, ad se con-  
uentium magnitudinem ramorum, scilicet in vnum, quasi  
ollectorum, quodammodo superasse censebatur. Post-  
quam ita, ex singulo ductu thoracico, duo distincti, et mi-  
ores facti fuerunt, iam dexterior pars, alteram reliquit,  
, dexteriore, sub asperae arteriae parte transiit; at, mox  
venam subclauiam dextram petiit, et obliquitate con-  
uicia, ac flexu, sub ea incessit; donec, iuxta externum  
tus, orificii venae iugularis, et quidem ostio, quod val-  
ula muniebatur simplici, et, quae valuula, in suo ambitu,  
atum, vix ostii semidiametro maiorem, relinquebat, in  
bclauiae venae alueo, eadem aperiretur. At, sinisterior  
uctus thoracici pars, in tramite, sicut in aliis cadaueri-  
is et indiuisus quoque agit ductus, pergit; nihilo minus,  
ox ipsa, veluti, plurium linearum longitudinis, insulam  
cit, scilicet, e ramis duobus secedentibus, ac denuo con-  
uentibus fictam. Qua de causa, hic sinisterior ductus,  
iam inaequabilem magis superficiem videndam sistit;  
que ita multo post, et, supra arcum venae sine pari, is-  
lique deflectit, ac, sub arcu aortae, versus subclauiam ve-  
m sinistram, maiori quidem curuatura diuertit, quam  
idem altera ductus thoracici pars, versus dexteriores  
nam surgit; sed, denuo ramo a se dimisso, iterumque  
dem accepto, tandem, in subclauiae sinistrae alueo,  
quidem, sub tegmine valuulae ea hiat; qualem, in altero  
late-



latere descripsimus, et, in aliis cadaueribus cognouimus. Ea vero valuula, in ostio, ductus humani thoracici, fundatur, neque ita, in ambitu excurrit, aut tantam aperturam habet, quantam LOWERVS *Tract. de corde* in ea pinxit; sed, triplo circiter, minorem ipsa videntum, in aliis subiectis hiatum praebet; neque, in nostris exemplo usum valuula tulit, qualem Cl. IO. ADOLPH WEDELIVS ei adsignauit; quem citat auctorem celeberr. HEISTERVS in *Compend. Anatom. Not. 16.* Quem hiatum vltima, quam habuimus, anatome publica, quoad longitudinem suam cum valuulae expansae semidiametro sed, in ductu thoracico integro, neque bipartito, iterum comparauimus. Sed, addendum iam erit, quod, ante illius diuisionis locum, thoracicus chyli, lymphaeque ductus deinde, et, in abdomine, commune illud conceptaculum quoad scilicet, vtraque ad dorsi, lumborumque, vertebrarum corpora, pinguiori interueniente obductione, adhuc rescunt, non nihil, ab axe vertebrarum recesserint; et ita magis a dextris, suas habuerint sedes. Tandem, dexterior illa, ductus thoracici propago, ab pulmone dextro et locis vicinis, plura quoque accipit lymphatica vasa, imo, etiam partem sinistram, denique inferiorem ductum thoracicum, vnum, alterumque lymphaticum vas in itinere accepisse vidimus. Tantum nunc in laudem creatoris nostri omnipotentis dixerimus: quanquam teneriores viae sint, quas modo descripsimus; deinde, placidum licet, debileque esse videatur, lymphae, chylique, in vivo omne flumen; vt, vel ideo, has ita vias, propinquas prorsus arteriae pulsu indigere aortae, existimauerint plures: nihilo minus tamen, luculento hoc exempli vires mouendi chylum, atque lympham, pro diuertendo ab aorta, thoracici ductus parte, perinde, ac pro altero suffecisse constat.

Ven



Venae bronchialis, a sinistris ortae, distinctae-*Observatio se-*  
e, descriptionem luculentam, desiderari, in anatome*cunda, de vena*  
binamur. Nam de illa, quam BOVRDONVS, et *bronchiali si-*  
*nistra*  
ANCHETVS tradiderunt, aut, de pluribus, quas ce-  
perr. HEISTERVS commemoravit, haud patet, an ab  
sinistris, quaedam nata, et huius lobi propria, fuerit in-  
venta. Quod, neque ex COVPER observatione satis li-  
cet; neque vero, subclaviae est soboles, quam descripturi  
mus. Iam, inter subclaviae soboles, quae descendere so-  
nt, primum ex eodem educi trunco mammariam, de-  
inde, intervallo pollicis, mediastinam pronasce, hanc etiam  
ex in tres ramos diuidi, et, in thymum, inter alia, pro-  
prii, postea vero, diaphragmaticam venam, tribus a  
mediastina lineis, ab illo subclaviae fonte prodire, in no-  
stro exemplo intelleximus. Ex his venis altera, tertia-  
e, comitem sibi singulam arteriam, mammariae pro-  
n adsciuit; sed, inter ramos venarum omnium, tantae  
erunt observatae anastomoses, vt, cum, experimento,  
r, in singulam mediastinam mitteretur, mammaria,  
inde, ac diaphragmatica, eundem, ita illatum, prompte  
is reciperent; nihilo minus inde accidit, vt, simili ex-  
perimento, in diaphragmaticam missus cum aer esset,  
mediastinam is magis prompte, quam in mammariam  
insiret. Quae, cum ita moliremur, exquirendam, fini-  
riorem diaphragmaticam selegimus venam, vt, rem-  
aniam, ab aliis relictam anatomicis, vel controuersam,  
licet bronchiale, in hoc latere inueniremus; praeser-  
n, cum in eo essemus, vt huius sinistri lateris venae, plu-  
umque aliarum, quem habent positum, a dexterioribus  
uersum, deinde magnitudinem, et reliqua accuratius  
otarem. Est vero diaphragmatica, in exemplo, paul-  
maior mediastina; sed pericardio ea quoque innecti-



tur; ceterum, omni tractu suo, ab vtraque, tam mam-  
maria, quam mediaстина differt. Plurimum enim abes-  
t, versus diaphragma, haec, more ceterarum, vel a  
origine, et quidem, insigniore sui parte, ac recta via, de-  
scendat, quin, ea potius, ab subclauia vena, protinus a  
vertebrarum thoracis corpora, ac flexu, admodum al-  
tère conspicuo, per duorum pollicum circiter concedit in-  
teruallum. Tum ramos haec pericardio nihilo minus pra-  
bet, simul vero, anastomoses, quas ante diximus, venae me-  
diaستinae offert. Inde vero, iam reliqua diaphragmati-  
ca vena, in duas, et fere aequales scinditur partes. Ex his vi-  
iuxta aortae arcum, versus costas diuertit, venasque  
intercostales, superiores edit; Sed altera, diaphragma-  
tica pars, hoc nobis esse videtur notabilior, quo quide-  
noua ipsius, et, in alias duas propagines, quae fit diuisi-  
utilior habetur. Nam, de his obseruandum nunc erit: i-  
mum minorem, a latere pericardii, et, inferiori quo-  
dem loco, iter suum, versus diaphragma proficere;  
ramum maiorem, cuius crassitiem, cum inferiori ca-  
mo stramineo, comparauimus, ad pulmonis trans-  
lobum sinistrum, et, venam esse bronchialem, huius  
teris, animaduertimus. Quare, cum aer, illatus per  
bulum esset, tum facta inde, huius sinisterioris lobi, p-  
ne notabilis commotio visceris, suaserit, vt, neque bron-  
chialem venam, sicut, de arteria bronchiali, et pulm-  
niali, inter alia experimenta, ceteroquin sensimus, et  
pulmonali quoque vena communicasse dubitarem.  
Ceterum, haud mouebimus nunc lites, quod remotio  
huius venae diaphragmaticae fines, ad septum transu-  
sum, minori copia accedant, quam quidem, de me-  
stinae, vel mammae ramis, id ipsum patet: aut, qu-



his vni vices alterius, aliquando sustineat, et, ex par-  
azygos venam imitetur: saltem, ex tribus illis, a sub-  
auiam quidem, delatis venis, vltimam, nos pluribus de-  
ussis, appellare intercostalem superiorem, refragamur;  
venae nomen diaphragmaticae superioris ita retinere  
oluimus.

Sed, tertia nunc obseruatio subnectenda erit. In- *Obseruatio*  
r vasa, quae, humanum ventriculum, coronae in mo- *tertia de hepa-*  
um ambiunt, dedisse naturam gastricas arterias, ve- *tica arteria in-*  
isque superiores, quasi medias inter vtrumque ven- *feriore mife-*  
iculi orificium, deinde vero, liberalem eam, alias, late- *raicae superio-*  
les sinistras, et, alias dextras, sed inferiores, ad vi- *ris propagine*  
us produxisse, hoc, ante id tempus, luculenter demon-  
strauimus. Ex his, quae a latere vtroque accedunt, et  
ando visceris prospiciunt, eae, vtrinque sibi obuiam,  
feriori in fundo visceris, eunt, et inuicem communi-  
uerunt. Proinde, sicut eadem, frequentibus ramorum  
astomosibus conueniunt, ita, neque ramis, a se pro-  
missis, cum superioribus quoque conspirare gastricis  
termittunt. Quo eleganti circuitu, illum cruorem,  
nem coeliaca adfert, diffundi natura benigna voluit,  
ntaque, cum cura, et artificio, sanguinis fluxum, in  
eno laboris viscere, stabilire, ac tueri, suscepit. At,  
eque minori consilio, haec, rerum sapiens magistra, et  
epatis causa, arterias, venasque conquisiuit; sed, an-  
viscus, minori in spatio coegit. Conueniunt autem,  
dextro hypochondrio, deinde, ac, sub imminente  
is visceribus, hepate, situm, inter alia habent, duode-  
intestini principium, atque flectendum, quod hoc  
co erat colon; quandoquidem, in angulo, quo haec  
ommitti solent, alterum, cum altero nequit, angustus  
nenti finis. Sub hac sede, conditur inter alia, fellis



folliculi collum, et, id cysticum ductum, versus duodenum mittit intestinum, qui, cum hepatico conueniunde factus, ex coniunctione vtriusque, cholidochus, comitem, tam portae venae, quam arteriae insignis hepaticae, se praebet; denique, haec omnia, atque porro neui, vasaque lymphatica, illa capsula concluduntur, quae GLISSONIVS recte distinxit. Quae capsula, ab autore ita dicta, et, ipse laudatorum fascis vasorum, nondum duorum mensuram transuersorum digitorum latitudine, vel diametro, assequi videtur. Sed, ab hoc conceptaculo, eius nihilo minus, pinguior visa, excutere superficies obseruatur. Nam, haec primum, satis notabilem, inferioris, et cauae hepatis regionem partem, adnectitur; mox, membrana pinguis, inde conuertere, sub diaphragmate, hinc, ad sinistrum ventriculi orificium extendi, postea vero, interuallo, inter vtrumque stomachi orificium, quasi in orbem rediuitur; quandoquidem id velum, summo ventriculi tandem, secundum longitudinem adnascitur; quod paruum omentum Cl. WINSLOW vocat. Verum, hoc interuallo, quod palma quidem maius est, in primis, viscera, et quidem pinguiori velo, contacta, innexaque habentur; et nos, inter alia, insignem gastricam, hepaticamque arteriam, ab inferiori, et, quae in capsula GLISSONII, illoque vasorum fascie, quem diximus comprehenditur, distinguere coepimus. *Act. Eruc.* l. c. Singulari itaque iam studio, prouidam cauissimum turam monemus, ut, neque, in illis hominibus, hepaticus arteriosus deesset cruor, in quibus minor aliquando coeliaca est, quam, ut, duas ea, insignes hepaticas per pagines commodè edere queat. Nam, illa tum maxime rerum sapientissima, arteriam inferiorem, quae p



LISSONII capsulam, ad viscus pertendere solet, ab  
meseraica superiore, promendam duxit. Id ita, clariori  
exemplo iam docere adnitamur, quo maiori cum cura,  
sem nos praestituros esse, promissimus. Pollicem, et,  
quod excurrit, arteria coeliaca, in nostro exemplo, ab  
sui ortu, ex aorta, ad diuisionem vsque in dex-  
trum, sinistrumque ramum, prorepit; sed, ante di-  
uisionem, et duabus inde lineis, alia propago, lineis  
duabus quoque crassa, eodem ex coeliaco, nascitur trun-  
co; et, haec iure suo, gastrica superior dicitur. Quae  
inde, tantum in ventriculum conuertitur, et eius rami  
superiorem coronant visceris partem, atque ita dextrae,  
et in fundo repentis gastricae propaginibus, plurimum  
lo positu opponuntur: quemadmodum arteriam coe-  
licam cum exponeremus in tabula, quae l. c. habe-  
tur, de arteria T. X. docuimus. Verum, ad dextrum,  
sinistrumque, progredimur coeliacae ramum. De sini-  
stro, splenicoque, quem vocant, nil iam monendum  
habemus, nisi, quod eidem, propter splenem, viso, ga-  
stricas arterias exiguas, scilicet, ad sinisteriorem ven-  
triculi fundum delatas, deinde aliam, maioremque, ga-  
strico epiploicam sinisteriorem debeamus; hac quippe  
arteria prorepente in visceris fundo, et, gastricae dex-  
trae obuiam eunte. At, de dextro coeliacae ramo ita  
constat: Is, in exemplo nostro, licet crassior, et longi-  
or sit, atque talis quidem, in tabula, quam citauimus,  
pingitur; tamen, arteriam U suo ductu imitatur, quasi  
vero Y versus b, in eadem tabula, mente concipiatur di-  
uertere. Etiam, trium digitorum transuersorum inter-  
uallo, haec dextra coeliacae propago, versus hepar conce-  
dit, donec, sicut fere, in tabulae exemplo, Y fecerat, in  
hepaticam, sed superiorem, et gastricam dextram abeat, et



diuidatur. Quod ubi accidit, tum hepatica arteria, non tantum crassitie, sed etiam, quoad ramos suos, cum U b, in hepatis vicinia, similitudinem habet: at, gastrica dextra, licet, paullo longior ea, quam e e fuerit, de reliquo tamen, satis cum hac conuenisse visitur; sed, inter hepar, et, istius hepaticae superioris arteriae, in coeliacae tractu principium, interiectum est aliud, trium transuersorum circiter digitorum, interuallum. Quare ab eadem superiore hepatica, minor quoque gastrica fere, vt l. c. de arteria U diximus, ad ventriculum, sed et alia minor, ad duodenum intestinum demittitur. Igitur, neque nostrae superioris hepaticae, naturalis sedes, inferior venae portae loco est, neque, in vasorum fasciculo, qui munitur capsula GLISSONII, eadem comprehenditur; sed, maiore, digiti interuallo, ab trunco venae portae, illa distat, vt, vel primo rerum obtutu, se cysticam commode praebere non posse, constet. Inferiorem itaque, hepaticam arteriam quaerimus et magis ad venae portae truncum propinquam. Quae in praesenti exemplo, dextrae coeliacae crassitiem habet, et, fere ad angulos rectos, ex meseraica superiore, tribusque digitis transuersis, ab huius in aortae origine, educitur; hinc, per interuallum quinque circiter transuersorum digitorum, ad vsque insertionis locum, in viscere, ea fertur; tandem, ita concluditur, GLISSONII involuero, probeque continetur. Inde demum, duas felleae cystis, arterias exiguas, sociasque ductus sui accipit; nec, praeter hos arteriosos ramos alium, ab hac hepatica, et in via, quam descripsimus, prouenisse obseruatur.

Atque plura, quae ad anatonem, tum theoreti-

ret



eticam, tum practicam spectant, et omne iudicium  
medici, de sanitate, morboque, ferendum firmant, occasio-  
nem cognoscendi habuit, quam diu etiam reliquas me-  
dicinae partes, in hac florentissima Academia, diligenti  
studio pertexuit

D O M I N V S  
HENRICVS GOTTLOB  
KRISCH

VRATISLAVIENSIS SILESIVS  
MEDICINAE BACCALAVREVS.

quem, probe eruditum, et, ad faciendum medicinam,  
praeparatum, inclutus ordo noster censuit, cum in-  
dustriae suae specimina exhiberet, et consueta examina,  
inquam doctrinae pericula, animo constanti superaret.  
igitur, nuper admodum, petiit Licentiae, quem vocant,  
gradum; eumque, ut rite consequatur, diei XXVI. Ian.  
horas, ante meridiem, conflictui eruditorum destinaui-  
mus; quo Dissertationem, *de Intestinorum angustia, obfir-  
mato eorum habitus vitio*, ille Candidatus noster, tan-  
quam scitus, cautusque medicus, defendet. Id, ubi ita prae-  
iterit, tum ferunt statuta nostra, ac iubent, ut, pro-  
ximus ab Doctore honor, ei tribuatur. Actus Dire-  
ctorem, ac Pro - Cancellarium, quem ordo noster  
benevole proposuerat, Clementissime me constituit,  
*Reuerendissimus, Serenissimus, atque  
Celsissimus Princeps, et Dominus,*  
Domus



*Dominus* MAVRITIVS WIL-  
HELMVS, *Dux Saxoniae, Cli-*  
*viae, Montium, Angriae, Westpha-*  
*liae etc. Postulatus Administrator*  
*Martisburgensis, et Academiae hu-*  
*ius Cancellarius perpetuus, Dominus*  
*meus Clementissimus.* Vos, Academiae

RECTOREM MAGNIFICVM, COMITES  
ILLVSTRISSIMOS, PROCERES VTRI-  
VSQVE REIPVBLICAE GRAVISSIMOS,  
AC CIVES GENEROSISSIMOS ET NO-  
BILISSIMOS, officiosissime rogamus, velit-  
is pro vestra, in Ordinem Medicorum, et, Candi-  
datum beneuolentia, habendae Orationis *de Aethiopi-*  
*cae gentis habitu et colore*, ac reliqui actus solemnia  
splendidiora reddere, atque frequentes comparere  
Vtroque illorum nomine, grati animi affectum, inter-  
uendi studium, et obseruantiam, singulis vestrum, e  
sancte polliceor. Lipsiae, die XXVI. Ianuar.

A. MDCCXXI.

---

LITERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMII.